

245
 Cum auctoris aliquem beatificantem. In quos doctores. proba illum
 qualis est circa suos doctores. si enim illos suscipit & honorat cum quibus
 uiuit. si illis honoraturus fuerat sic cum illis uiuisset. sicut
 suos contempnit. uere et illos contempnitus fuerat sic cum illis uiuisset.
 Quia in his cor reprobis similis est ceteris tentationibus, sicut ergo
 in omni temptatione fideles quidem aedificat magis. Infideles autem am-
 plius destruit. sic et omnis increpatione disciplinae religiosum hominem
 et mentem meliorem faciet. In religiosum autem et malum conturbat.
 et ad deterius ne compellit; sicut ergo uas figuli igne probatur.
 sic bonum cor increpatione agnoscitur; et dicitur. si in diebus patrum
 nostrorum fuissetemus. non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.
 non quia iudei specialiter. aut omnino talia loquebantur. sed quia
 talia cogitabant et faciebant cogitationibus suis haec loqueban-
 tur et factis. quando enim colebant filii quos patres occiderant.
 condemnare uidebantur homicida patrum suorum. et se ab eorum
 consortio separare; sic et heretici. quando colunt prophetas et apostolos.
 et martyres. quia patribus eorum id est iudeis. uel gentibus; per-
 secutionem passisunt et occisi. condemnare uidentur a pa-
 trum suorum. id est iudeorum atque gentium et dicere. quasi
 fuissetemus in diebus illorum. non fuissetemus socii eorum in sanguine
 prophetarum et martyrum. Ita quod testimonium redditur uobis. quod
 filii estis eorum. qui occiderunt prophetas. naturae regulam dicit.
 quia non potest fieri. ut de bonis parentibus; malinas caduntur. aut
 de malis boni. sed quales fuerint patres tales erunt et nata. quasi
 arbor in fructu cognoscitur. et fructus per arborem demonstra-
 tur. sic parentes cognoscuntur in filiis. et filii per parentes. non
 ne hoc ante christum per prophetam praedixit. quod dicitur in generatione
 iusta est. Ita et generatio rectorum benedicetur. Ergo testimonia